



CURIA PRÆPOSITI GENERALIS

SOCIETATIS IESU

ROMA - Borgo S. Spirito, 5

Alask. 60/3

die 25 augusti 1960

Reverende in Xto Pater,
P. Xti

Quamvis ad RVam litteras nuper scripsissem, normas referens sequen-
das a Patre Poole in agendo cum puellis, iterum tamen aliam recepi epistolam,
quae me certiores fecit Patrem Poole eas nullo modo esse secutas sed etiam ali-
quas alias graves perpetravisse, quae facile, ni fallor, damnum irreperabile in
bonam famam nostrae Societatis bonasque labores Nostrorum afferre possunt. Dici-
tur quod P. Poole puellas non tantum in confessionali sed etiam in suo proprio
officio per horam vel semi-horam retinet easque interrogans plus quam decet de
peccatis contra sextum; colloquium cum nonnullis habens etiam ad multam noctem;
permittens etiam ut puellae ad nostrum sacellum domesticum adeant (non dicam
durante recitatione Litaniarum) et denique dormitorium puellarum visitavit causa
lectulos instruendi, Sororibus incognitis; sibi etiam abrogans aliquam iurisdic-
tionem in actiones puellarum ita ut Religiosae, disciplina inter puellas nimis
laxa facta ob influxum Patris Poole, iam nunc serie deliberent de Missioni vale-
dicendo. Cum plus quam unus e Nostris haec narrent, qui magna experientia in
ista regione sunt praediti, non est dubitandum quin haec me habeant anxium. Si
relata sunt vera, tunc res gravior est quam prius videbatur ex nuntiis transmis-
sis. Velit RVa proinde hanc rem penitus indagare et Romam mittere fructus huius
investigationis. Si ea vera sunt, quam primum ille Pater graviter moneatur de
imprudentiis peractis et efficacia applicentur media ad praecavendum omne scanda-
lum.

Gratias RVae agens ob informationem transmittendam et RVae paterne
benedicens, commendo me ss. SS.

Rae Vae
Servus in Xto,

James L. Swain, S.J.
Vic.Gen.

R.P. Henrico C. Hargreaves
Sup. Reg. Miss. Alaskae Bor.
Bethel